Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8292
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

in specie panis sed et sanguinem suum in specie vi-
ni dedit. multitudini vero hominum in
deserto panem sine potu distribuit.
Tertia vero est ad precavendum erroris
periculum. Si enim populus rudis suscipe-
ret sanguinem sub specie vini nunc crederet
illum esse sub specie panis cum tamen veraciter
sit sub specie utraque. Nam sicut sub specie vini
consecrati sanguis christi est per transsubstanciacionem
ita corpus ibi est per annexionem. et sicut sub
specie panis corpus christi est per transsubstancia-
cionem. ita ibi sanguis est veraciter per anne-
xionem. Hec enim duo corpus christi et sanguis
immo hec quatuor. corpus. sanguis. anima et dei-
tas christi iam ultra non possunt separari.
Unde sicut sacerdos suscipit sanguinem christi